

8

ПРОПЕМТИКА

In honorem

ORNATISSIMI ET DOCTIS-  
SIMI VIRI,

M. BASILII ZÖL-  
NERI LIPSIENSIS, ME-  
DICINÆ BACCALAVREI.

Ad 1611 B  
runcifir g  
magi Cok

*Ex Lipsensi Academia honorificè ad sus-  
cipiendam & obeundam functionem RECTORIS  
Scholæ Freistadiensis vocati,*

Ab inlyto Reipubl. prædictæ senatu.

Scripta & consecrata

A B A M I C I S.

Lips. Anno

M. DC. IV.

• 8(\*) 90 •

8

*Michaël Lanzenberger excudebat.*

AD Dn. M. B A S I L I V M Z Ö L-  
N E R V M, V I R V M D O C T I S S.  
compatrem amandum.


F Ata vocant alio : Fatis, ZOLNERE, secundis  
Perge age, commissa sceptrum capesse schola.  
Grata D E o res est, pubem eruditiss tenellam,  
Et mores animis inscruisse bonos.  
Hac viget humanae, inter nos, pars maxima vita;  
Hac florent paſsim curia, templa, domus.  
Ergo qui tenera institutis servire juventae,  
Crede H o M I N I te rem gratam agere, atq; D E O.

M. Ioan, Fridericus Prof. publ.  
& pro tempore Academiae  
Rector.

Dn. M. ZÖLNERO.

 *Ommoda qui dicit pueris, huic gratia summa  
Debetur: Ludi quia sunt plantaria Mundi:  
Vnde sibi repetunt Rectores atq; columnas  
Templa, fora atq; domus. quando illi stant ve cadunt ve  
Stantq; caduntq; isth.ec. à Freistadio ergo feretur,  
Commoda cum dices pueris, tibi gratia summa.*

Ioseph. Behr V. I. D.

  
*S*ic est: instabili mortalia lege feruntur  
Omnia, quæ lunæ subditus orbis habet.  
Nec quisquam sapiens adeò est, adeoq; potens,  
Vno mansurum se sciat esse loco. (qui  
Cum credunt certas homines se figere sedes,  
Ex ipsis aliò provida fata vocant. (mur,  
Fata animo hæc promto, via quæ sit cunq; seque-  
Persuasi curæ nos fore & esse D E O.  
Sic tu quem clarum studijs & honoribus auëtum  
In blando fovit LIPSIA nostra sinu,  
Hinc Silesiacas BASILI cedis in oras,  
Collocat & te sors in meliore loco.  
Vade precor felix quò fert divina voluntas,  
Propositæ CHRISTUS sit comes, ore, viæ.

Te tua commendat qua præstas integra virtus,  
Doctrinæ solidæ conspicuumq; decus.  
Tu poteris docili multum prodeesse juventæ,  
Quæ fidei dabitur post polienda tuæ.  
Hinc fructus capiet magnos Ecclesia, habebis  
Inter honoratos nomen & ipse viros.  
Vive diu, vivantq; tui, quos duçere tecum  
Non potes, at brevi eos junget ut antè Deus.

M. Ioh. Albinus.

**L** ipsiacos celeri quoniām pede linquere muros,  
ZÖLNERE, hoc verno tempore, docte, paras;  
Atq; Silesiace fines in visere terræ,  
FREISTADII ut capias credit a sceptra Scholæ.  
Gratulor ex animo tibi compater optime, vtrumq;  
Vtg, cadat Fato prospiore, precor.  
Te cum patre tuo CHRISTVS comitetur euntem,  
Blandaq; naviculam dirigat aura tuam.  
Ut doctis animos teneræ cum laude juventæ  
Artib; informes, moribus atq; bonis.  
Vnde seges magno surgat cum fænore, quondam  
Commoda qua patrijs usibus esse queat.  
Alme DEVIS, votis sincero pectore fusis  
His, precor, optatum pondus inesse sinas.

Memoriae & amoris  
causa &c.

M. Nicolaus Lissca.

Cur

**C**Vr te FREISTADIUM vocat MAGISTRUM  
Morum? cur teneræ gravem juventæ  
Censorem? Philyræa te probavit  
Vrbs nempe egregium Sophorum in arte.  
Hanc multos tibi erat docere cura  
Scrutanti, studio, intimas MATHESES  
Quas venatur opes: acuta linguae  
Pandenti quoq; dogmata Entheæ: acrem  
Hinc docti ingenio diu æstimârunt.  
Faustis ergò avibus mees ad oras  
Ostensas, abigendo inertiam omnem  
Musarum alveolis, & educando  
Plantas Sionias opus sacratum  
Exerce: unde tibi parata merces  
Longè splendidior Tagi metallo.  
Hanc ZOLNERE relinquo amoris arrham  
Siceri, dirimenda quæ locorum  
Longinquis spacijs erit deinceps  
Nunquam. Vive mei memor beatus  
Quavis sorte boni. Optio hæc RATA ESTO.

ΓΕΝΟΙΤΟ.

*M. Georgius Cremerus Lips.*

**S**ic igitur Philyren quoq; tu, Zolnere, relinquis  
Constans qua sedes jam tibi fixa diu?  
**N**empe ita fata ferunt, fer fata, illamq; relinquens  
Spontè, age, jam studium transfer in acta tuum.  
**H**ac etenim est instructa penus, namq; inde perit;  
Exciri usq; solent munus ad omne viri:  
**I**nter quæ summum cum sit formare juventam  
Ingenuâ, ut testis Tullius, arte rudem.  
**V**ade, tua fidei commissos instrue hospes  
In linguis, nec non in pietate simul.  
**C**ustodes fiant ut recti, lumina honesti,  
Et priscos referant arte fideq; viros.  
**V**ade, valeq; novis sacra laboribus aura  
Annuat, & fausto numine flectat iter.  
Lipsiâ Freistadium abeunti re-  
linquebat

M. VVolffg. Corvinus  
Dial. Prof. publ.

**R**es nostras vario sortem versare tenore  
Vel proprio quivis noscere teste potest.  
**H**ac Zolnere etiam nobis doctissime tandem  
Exemplo res fit vel manifesta tuo.  
Lipsia te genuit, sed clara Turonia parvum  
Suscipiens magna nutrijt arte virum,  
Lipsia post repetit: mox Lipsia contulit artes,  
Lipsia te titulis auxit amica bonis.  
Lipsia clara thori sociam quoq; junxit, & ultra  
Iam conferre etiam vel potiora parat.  
Verum aliò nunc fata vocant, nunc auspice Christo  
In melius mutat sors malefida vices.

Tutum

Tutum namq; tibi fesso monstratur Asylum,  
Nunc portum ex alto prospicis, ecce, mari.  
Freistadium tibi portus erit, quò libera virtus  
Ipsa queat stimulos exeruisse suos.  
Vade age; fata trahunt; divina vocatio rebus  
Et studijs addet prospera cuncta tuis.  
Det Deus, ut verè sit relligionis Asylum  
Freistadium, & Musis hospita terra pijs.  
Sic nunquam poterit te pœnituisse relicta  
Lipside pōst alia viuere sede, Vale.

M. Ambrosius Bardenstein Anna-  
bergensis Scholæ Lips. ad D.  
Thoma Moderator.

---

Qui modò crudelis tectis insontibus ignis  
Attulit exitium, Patria cara tuis,  
Non fervore levi pectus mihi torret, & expers,  
Absentis quamvis, non sicut esse mali.  
Iam Schola, jam, quo se iactabat Misnia, templum,  
Quæque referre mora est, curia iam subeunt.  
Ante alios, propior quos junxit sanguinis usus,  
Et quos non dubio fædere multus amor.  
Hanc, Deus, ex alto potuisti cernere pestem!  
Et loca disperdi sic sua passus amor!  
Non vis ut post hac aris imponat honores,  
Aut populus sacra confluat æde tuus?  
Ant tantum centum voluisti duret ut annos  
Vrbs hæc, interitum mox habitura suum?

Cum

Cum soveant, magnoq; suas splendore Monarchæ  
 Exornat aulas ampliſcentq; nimis,  
 Iudicio nostris ignoto ſenſibus, aulam  
 Tu Rex ingenti deſtruis igne tuam.  
 Certè non morris caligine ſubruttus alta  
 Extolleſt juſto nomen honore tuum.  
 O Deus hanc tristem pœnam meruere. fatemur,  
 Crimina, quaे tanti cauſa caputq; mali.  
 Quamvis eſt autem meritis indebita noſtris,  
 Magna tamen ſpes eſt in bonitate tua.  
 Tu cineres patrios aeternæ ſubtrahe morti,  
 Lapsas & laceras eripe, jungs domos,  
 Ne levis hostis agat proſtrato Monte triumphos,  
 Da redeat vultus priſtinus atq; nitor.  
 Hoc, ZOLNERE, tua, Vir praſtantissime, verſu,  
 (Opto latum) abitum condecorare lubet,  
 Freſtadio ut numerans olim quot proderis annos,  
 Annos tot tanti noveris eſſe mali.  
 Tu felix, tua ceu pietas virtusq; requirit  
 Oblata vivas conditione, precor.

M. Ioan. Schreiter Annæ-  
bergensis.

F I N I S.

